

Edictum Regium de Usuris.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae,
Rusciae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae Livoniaeque Dominus et Haer.

Spectabilibus et famatis Burgravio, Proconsulibus, Consulibus, Scabinis civitatis nostrae, be-
danensis fidelibus dilectis gratiam nostram Regiam. Spectabilior et famati fideliter
nobis dilecti, posteaquam in terris nostris Prussiae contractus usurarii, in immen-
sum excreverint, et adhuc quotidie crescant, unde propter iram omnipotentis Dei, qui
ab eiusmodi usurariis terris nostris Prussiae accelerat hoc etiam malum et incommodum
enascitur, quod maxima subditorum ^{nostrorum} ~~partis~~ vera et summa necessitate id exigen-
te vel alia aliqua occasione urgente parvulas summas moderatis usuris quantum
sufficienter offerant, cautiones ^{nostrae} multo obtinere non possunt, sed comporandi co-
sueverunt usurariis gratis dimittant et immensas usuras pro beneplacito ipsorum polli-
cerentur, superque eisdem sufficienter cavere. Inde postea exierit vel quicquid ex la-
bore, sudore, et demerso suo debitores comparare possunt, id omne nonnunquam
etiam omnem reliquam eorum substantiam usurarii illi auferant, alij sic
plurimij subditi nostrij non raro etiam nobiliores natalibus et honorum luce
conspicui ad extremam redigantur paupertatem, omni interim totius regionis
pecunia apud paucos existente, reliquis per freneratorum eiusmodi plane ex-
haustis et exanguij redditis. Cum vero muneris nostrij Regij sicut eiusmodi
notorij, enormis, impij et malis pecuniarum et donorum Dei abusus, qui o-
mni viri tam divino quam humano et bonis moribus contrarij sunt, aliorum vi-
cinorum Ducum et Principum exemplis mature medorj super usurarum quan-
titate generale edictum nostrum facere necessarium esse diximus, duram
impiam et gratis dimittam earum molem, quae nunc vulgo exercentur ad mediocri-
tatem deducentes. Quare de consilio Consiliariorum nostrorum rigore pre-
sentium edicimus, ut nemo vel subditorum nostrorum vel et externorum ho-
minum cuiuscumque status et conditionis extiterit, audeat imposterum a dato
huius Edicti nostrij in Civitate nostra Gedanensi et a subditis nostris ultra o-
cto de centum Usurarum nomine in quocumque contractu vili vel maximo stipulati
vel etiam nemo subditorum nostrorum coarctatus undique pecunias, extra
Regnum, terras et ditiones nostras exteris Principibus et hominibus elocare
vel mutuo dare praesumat. Et si quae summae iam elocatae sunt, iubemus ut eas
intra quadrimestre a publicatione presentium exigat repetat. Interdicimus
etiam Creditoribus, ne ex pecunijs formatj dandis aliquid detrudere vel
retinere, Sportularum, muneris vel alterius cuiuscumque causa gratia ipsis
liceat omnesq; alias machinationes, quas forte Creditores in fraudem hu-
ius Edicti

in Edicti nostri excogitare possint, quas oēs hic pro expressis habere volumus
vigore presentium rescamus. Prohibemus etiam Cambia retrograda vulgo Relucio
dicta quæ reuera nihil aliud sūnt quam usurarium contractus Cambij
nomine colorati ad legitimas superius expressas, usuras besbes ea reducetes et
reformantes. Usitata a. moderata et æquabilia negociatorum Cambia, necessitate
ita exigente pro tempore ferenda esse censemus. Quod si quis contra hoc E
dictum nostrum in aliquo casu fecerit atq. modum usurarium hic expressum
quocūq. arte excederit, illa nullam penitus de superfluo actionem habebit, sed
et si acceperit id cō. q. quod tandem erit ut quocūq. colore extortum sit, in
sortem computare compelletur: Et eō amplius propter Edicti nostri contentum
et transgressum, medietas sortis et usurarium fisco nostro committetur.
Quam poenam ad instantiam Instigatoris nostri fisci, cuiuscūq. loci Iudex or
dinarius eimodi. usurario et Edicti nostri temerario nullo habito pers
sonæ respectu mediante Decreto suo infliget, exiget distog. fisci nostri In
stigatorij nuncet pro tempore existenti applicabil et tradet. Ut igitur hoc Edictum
nostrum sancte et inviolabiliter ab omnibus et singulis observetur, dicto insti
gatorij nostro vigore presentium in specie mandamus, ut quamprimum ipsi
innotuerit aliquem hoc edictum nostrum violasse, statim in poenam hoc E
dicto expressam agat. Fidelitatibus etiam vestris mandamus, ut sub religione
iurisperandi et fide quibus Deo et nobis obstricti sūnt, absq. illo personarum
respectu ad Fiscum nostrum propositam actionem et rei conventi respondum,
iuxta utriusq. partis allegata probata definiant et decident, id quod de
iure vigore huius edicti nostri decidendum venerit appellatione ad nos non
nisi a sententia definitiva conceda. Ut a. nemo ignorantiam aliquam pre
tendere possit Fidelitatibus vestris mandamus ut edictum hoc nostrum ad
omnium et singulorum subditorum nostrorum prædictæ civitatis nostre
Gedanensis notitiam perducant publicato eo et in locis publicis affixo.
In quorum omnium fidem presentibus sigillum Regni nostri apprimi iussimus.
Datum Lublini in conventionione Regni generali die decima Mensis Augusti
Hō. Domini M. D. LXXIX. Regni vero nostri anno 40:

Sigismundus Augustus
Rex Poloniae.